**T**ercio notādū. ponat casus q̄ aliq̄s puerum baptizet et dicat sic. ego baptizo te in noīe patris et filij. et tūc imediate p̄dat loquelā et moriatur. et tūc alter accedat et dicat. et sp̄s sancti. tūc querit an ille puer sit baptizatus an nō. Si dicatur q̄ sit baptizatus. vel ergo est baptizatus ab aliquo vel ab aliq̄b. Si nō sit baptizatus ab aliquo. ergo ab aliq̄b. q̄ nō est baptizatus ab vno s̄ a duobus. et sic sequitur q̄ talis puer sit bis baptizatus. et tūc talis puer cū hereticis est reputādus. Ad hoc r̄ndetur q̄ ille puer est baptizatus. Et si tūc querat. vel ab vno vel a pluribus. R̄ndetur q̄ talis puer est baptizatus a pluribus seu ab aliq̄b p̄ modū vnus Sed tñ alij doctores dicūt q̄ melius et tutius est q̄ ille secūsdus sacerdos de nouo resumendo for̄mā verborū incipiat eū baptizare

**Q**uarto notādū dubitaret aliq̄s de sacramento eucharistie et baptismi et diceret. ex quo in sacramento eucharistie est vnus deus et indiuisus q̄ re tūc hoc sacramentū nobis p̄ponit sub duplici specie sc̄z panis et vini. et etiam puer ter immerfus semel baptizat. R̄ndet q̄ hoc fit duplici de cā. Pr̄ma ad designādū plenariā refectōem aīe. q̄ sicut corpus plenarie reficitur ex cibo et potu. et nō ex cibo tñ vel ex potu tñ. sed ex vtriusq̄ simul. sic dñs noster iesus xp̄s dedit se nobis in plenariā refectōem aīe. de quo Jo. vi. Caro mea vere est cibus. et sanguis meus vere est potus et c. ergo sub duplici specie p̄ponit. Secūda cā est. q̄ xp̄s sumpsit totā naturā humanā ad se sc̄z corpus et aīam. ergo nobis sub duplici specie p̄ponit. q̄ p̄ sp̄m panis designat corpus. q̄ panis trāsmutat in corp⁹. s̄z p̄ sp̄m vini designat aīa. q̄z sedē in sanguine s̄m medicos. et iō vinū ibi trāsubstantiat in sanguine xp̄i q̄ est vnus deus et indiuisus. ideo sub duplici specie p̄ponit. Et sic sicut puer ter immerfus et aspersus semel baptizat. et hoc est manifeste p̄tra hereticos q̄ dicūt q̄ xp̄s nō assumpsit totā naturā humanā. q̄ dicūt eū viuere p̄ deitatem solū et nō p̄ humanitatem. qd̄ est falsum. vt p̄z in ca. Cū xp̄s. de hereti. nā deus assumpsit totā naturā humanā. sc̄z corpus et aīam dūmodo erat incarnatus in vtero beate marie virginis ex grā sp̄s sancti

**Q**uinto notādū p̄ modū dubij de hermofroditis. i. hominibus h̄nribus vtrūq̄ sexū. quo noīe debeat baptizari. R̄ndet q̄ in talibus hoīb⁹ debet p̄siderari discretio sexus. et que illarū discretionū magis est cognoscibilis et ap̄rior illa sub discretōe debet baptizari. et s̄m hoc etiā noīa debent imponi. Si vero p̄tingeret q̄ virilia lateret in aliquo puero et baptizaret sub noīe mulieris. et postea puero crescente virilia exitū peterent et apparerent. tūc puer nō est rebaptizandus. sed tpe p̄firmatōis nomē p̄t mutari et pueniens aliud imponi. Si vero fuerit p̄firmatus anteq̄ virilia inciperent apparere. tūc simplex sacerdos nomen ei impositū in baptismo p̄t mutare et aliud pueniens nomen imponere.

**U**ltimo sciendū. q̄ rō quare in p̄firmatōe p̄t nomē imponi est ista. q̄ in p̄firmatōe nomē impositū p̄t variari. ergo a fortiori in p̄firmatōe aliq̄



hui p̄t nomē imponi. Ep̄s em̄ cū p̄firmat aliquē qui vocat̄ petrus p̄t cum  
 noiare alio noie. scz paulus vel iohānes. ¶ Sed dices. ex quo ita est q̄  
 in bap̄tismo remittit̄ pct̄m originale. tūc dubius est an in p̄ma vel sc̄da vel  
 in terciā immersione remittit̄. Ibi dicūt aliq̄ doctores q̄ in terciā immersi  
 one. Cuius rō est. qz tūc bap̄tismus est p̄pletus. sed ante p̄pletōem sacra  
 menti nō p̄t sacramentū aliqd̄ opari. ergo zc̄. Alij aut̄ doctores dicūt q̄ in  
 qualiter immersione dimittuntur pct̄a originalia. Et ex illo sequit̄ q̄ puer  
 nisi semel immerfus est bap̄tissatus. vñ sc̄tus Tho. dr. q̄ puerū semel imers  
 gi in sacro fonte bap̄tismatis sufficit. sed tñ semp̄ seruāda est p̄suetudo rō  
 mane eccl̄ie. Et si in sancta matre eccl̄ia esset p̄suetudo semel immergi pu  
 erū. illa p̄suetudo esset obseruanda. si ter iterū esset seruanda. sed tñ vt su  
 pra patuit p̄uenientius videt̄ esse trina imersio seu aspersio ad designādā  
 mysteriū sancte trinitatis

¶ De cognatione et affinitate que  
 contrahuntur in bap̄tismo.

<sup>s̄c̄ spūalē</sup> <sup>s̄c̄ bap̄tismatis</sup>  
 Patrem compatrem fratrem mihi fons parit iste  
<sup>s̄c̄ de bap̄tismo</sup> <sup>s̄c̄ patris spūalis</sup>  
 De leuat inde pater carnalis filius huius  
<sup>s̄c̄ spūalis</sup> .i. vxor legitima patris spūalis  
 Fit mihi tunc frater. sic cōmater mea mater  
 .i. muliebris .i. rep̄tat s̄c̄ cognatōnis  
 Sexus femineus tot depingit tibi gradus

¶ Sup̄ius autor determinauit de bap̄tismo. hic p̄nter vult determinare  
 de cognatōe z affinitate que p̄rahit̄ in bap̄tismo. z cū hoc ostēdit effectū  
 bap̄tismi volens q̄ p̄pater erit pater bap̄tissati. z sic cōsequenter cōmater  
 erit mater bap̄tissati. et filius eius erit frater bap̄tissati. et filia erit soror ba  
 ptissati. z sic isti erunt inter se mutuo patres z matres. sorores et fratres  
 spirituales.

¶ Circa lrām p̄mo norādū. ex quo hic in littera habet̄ de cognatōe sc̄ie  
 dum est q̄ ipsa cognatio est triplex. Nā quedā est spūalis. quedā carnalis  
 et quedā legalis. de hīs duobz vltimis cognatōibz nihil ad p̄positū. s̄z tñ  
 de p̄ma. scz de cognatōe spūali. que definit̄ sic. Cognatio spūalis est q̄dam  
 attrinētia spūalis ex donatōe sacramenti z spūssancti p̄ueniens. Et illa est  
 triplex. qz aliqs dr̄ pater. aliqs p̄pater. z aliqs frater. Nam aliquis leuā  
 de sacro fonte bap̄tismatis filiū dr̄ pater. qz sicut pater carnalis produ  
 cit filiū ire. sic pater spūalis p̄ducit filium gratie. Et dr̄ compater a con  
 q̄ est simul. z pater. qz sicut semel sumus nati a patre carnali. sic semel re  
 nascimur a patre spūali seu a compatre. et sic talis vocatur pater spūalis.  
 et sic p̄patres dicūt̄ hī duo patres. scz carnalis z spūalis. Sed fratres  
 spūales dicūt̄ filij leuātis z leuati. Unde p̄siderandū est q̄ cōpatres in  
 fonte z p̄patres in p̄firmatōe reputantur p̄ eadem affinitate. et impediz  
 unt matrimonium p̄rahendum z cōtractum. Et rō est. qz illa est vna co  
 gnatio spūalis quā carnalis nō potest dissoluere



## Summula Raymūdi.

**S**ecundo notandum. Ista dicitur quod baptizatus facit fratrem et sororem. hoc est intelligendum quod si pater habet filium tunc ille filius et baptizatus dicitur frater spiritualis. Sic similiter si pater habuerit filiam tunc filia eius est soror spiritualis baptizata. Et sic illa affinitas impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Sed queres. utrum si talis cognatio impediatur matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Ad hoc respondetur per distinctionem. scilicet vel cognatio spiritualis prececedit matrimonium vel non. Si non precedit cognatio spiritualis tunc non impedit matrimonium contrahendum nec dirimit contractum. Verbi gratia si mater in necessitate leuaret puerum suum propter hoc matrimonium non est separandum. et ponatur quod dolose faciat. tunc ei dicitur iniuriam perniciosa digna. Si autem cognatio spiritualis precedat matrimonium. tunc impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum.

**I**tem dubitatur ex quibus sacramentis processit talis cognatio spiritualis. Ad hoc respondetur secundum Iohannem andree in quarto libro decretalium. quod solum cognatio spiritualis contrahitur per baptismum et confirmationem. Ex hoc patet quod solum per ista duo sacramenta fit talis cognatio seu affinitas que dirimit matrimonium contractum et impedit contrahendum. sed cathesismus facit cognationem spirituales que cognatio impedit solum matrimonium contrahendum. non autem dirimit contractum. Sicut hoc patet in simili. nam ponatur quod quis votum fecisset castitatis. tunc illud votum impedit matrimonium contrahendum et non dirimit contractum. sic etiam in cathesismo. Sed secus est de voto solenni. sicut sacri ordines et huiusmodi. quia hoc votum dirimit matrimonium contractum et impedit contrahendum. sic eodem modo facit baptismus et confirmatio.

**I**tem dubitatur utrum inter leuantes contrahatur aliqua cognatio spiritualis. Ad hoc dubium respondetur quod inter leuantes nulla contrahitur cognatio nec affinitas sed semper possunt contrahere matrimonium nisi aliud obstat impedimentum. Sed ex hoc ulterius dubitatur. utrum vxor contrahat cognationem spirituales cum leuato. Respondetur quod eadem est affinitas inter vxorem et virum. quia vir et vxor dicitur unum corpus esse et unam animam habere per unionem matrimonij. ut patet latius infra.

**I**tem dubitatur. utrum in sacramento confessionis etiam contrahatur affinitas. nam utriusque secundum iura aliquis vel aliquis dicitur filius vel filia confessoris. Respondetur quod sic. sed solum inter penitentem et confessorum. unde. Quicquid de fonte leuans vngendo siue tenendo siue confirmando. sua vel peccata fatendo. Filius ille tibi spiritualis erit. Sed tamen affinitas que contrahitur ex confessione non impedit matrimonium. nam sacerdos habens filium filius bene potest ducere in vxorem cuius confessionem pater sacerdos audiuit. Sed si illa virginem baptizauit tunc filius ille tale ducere non potest. imo si duxisset essent separandi.

**I**tem dubitatur. utrum filij duorum patrum seu pueri per quorum neutrum deuentum est ad paternitatem possint contrahere matrimonium. Respondetur secundum decretales de cognatione spirituali ubi sic dicitur. Filij duorum patrum per quorum neutrum deuentum est ad paternitatem licite matrimonium contrahunt nisi consuetudini repugnet. Et si per alterum eorum vel utrumque deuentum est ad paternitatem hoc sic declaratur capiendum exemplum tale. Habebat vnus vir vnum filium quem vocat plato. et pater platonis rogat alium virum ut fiat pater ipsius leuando platonem de sacro fonte. quo leuato tunc talis vir leuans nullam filiam suam potest despensare platonem si etiam haberet decem filias. Et ratio est. quia per platonem deuentum est ad



paternitate. Si autem plato haberet alios fratres. tunc talis leuans istis fratribus posset aliquam filiarum suarum copulare. Rõ est. quia per neutrum illorum deuenit cum est ad paternitatem. ¶ Item dubitatur. utrum decem vel centum vel plures possint ad unum puerum fieri patres. et utrum circumstantes puerum non leuantes ex nimia multitudine patrum etiam contrahant affinitatem. Ad hoc dubium respondetur libro quarto decretalium. cap. Quauis. ubi dicitur. sufficit unus pater. si tamen plures sunt omnes erunt compadres. Et subditur ibidem. et ideo est de confirmatione. ¶ Sed diceretur. que est ratio quare semper tres patres ut frequenter capiuntur. ¶ Respondetur quod hoc fit in signum trinitatis. vel fit ad testandum puerum esse fidelem. quia in ore duorum vel trium consistit omne testimonium.

¶ Ultimo notandum. sicut per elici ex iam dictis tunc cognatio spiritualis contrahitur in confirmatione. et contrahitur in baptismo. quod sic declaratur. quia ille qui ducit aliquam puellam ad confirmationem. tunc nec cum ipsa nec cum matre ipsius potest matrimonium contrahere. similiter puella que ducit seruum ad confirmationem. nec cum isto nec patre eius potest matrimonium contrahere.

¶ Unum est sciendum quod viginti sunt casus qui impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt tractum provenientes ex baptismo et confirmatione. Primus casus est inter leuantem et leuatum. Secundus casus est inter pueros leuantis et leuati. Tertius casus est inter uxorem leuantis et leuati. Quartus casus est inter parentes leuati et leuantem. Quintus casus est inter uxorem leuantis et parentes leuati. Sextus casus est inter baptizantem et baptizatum. Septimus casus est inter pueros baptizantis et baptizatum. Ex isto sequitur. si sacerdos habet filium iste non potest contrahere matrimonium cum puella quam pater eius baptizauit et e converso si est filia ista non potest contrahere matrimonium cum masculo quem pater eius baptizauit. sed sunt sorores et fratres spirituales. Octauus casus est inter uxorem baptizantis et baptizatum. Ex isto patet quod si sacerdos habet uxorem et baptizat aliquem masculum. tunc iste non potest contrahere matrimonium cum uxore sacerdotis. Nonus casus est inter baptizantem et parentes baptizati. Decimus casus est inter uxorem baptizantis et parentes baptizati. Et sic sunt decem casus respectu baptismi qui impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt tractum. Et eodem modo ex parte confirmationis pueniunt decem casus qui impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt tractum. Primus casus est inter confirmantem et confirmatum. Secundus casus est inter pueros confirmantis et confirmatum. posito quod ipsi habeant uxores et pueros. Tertius casus est inter uxorem confirmantis et confirmatum. Quartus casus est inter confirmantem et uxorem confirmati. Quintus casus est inter uxorem confirmantis et parentes ipsius confirmati. Sextus casus est inter representantem et confirmatum. et sic iste representans est pater in confirmatione. Septimus casus est inter pueros representantis et confirmatum. Octauus casus est inter uxorem representantis et confirmatum. Nonus casus est inter uxorem representantis et parentes confirmati. Decimus et ultimus casus est inter uxorem confirmantis et parentes confirmati. Et sic similiter sunt decem casus respectu confirmationis sicut respectu baptismi. qui impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt tractum.



# Summula Raymūdi.

## ¶ De officio dyaconorum.

- Nullo** presbytero presente dyaconus egris  
.i. cū sacerdos abest s<sup>c</sup> alijs infirmis  
.i. eucharistiā .i. p<sup>o</sup>essione infirmoz
- Det** corpus domini. crimen simul audit eorum.  
s<sup>c</sup> infirmos excōicātōe cumulat infantes
- Nos** non a banno soluit. sepelit. puerosq;  
.i. nō in fonte baptismi .i. p<sup>o</sup>inquo;
- Baptizat.** non fonte sacro. nisi promptior vnda  
p vel baptizādis crudelior
- Nulla** sit. aut vbi mors mergendis acrior instat.  
.i. sacro crismate in eccliaz mulieres p<sup>o</sup> p<sup>o</sup>u
- Non** crismabit eos. inducit purificandas.  
hec verba s<sup>c</sup> dyacon<sup>o</sup>
- Non** dicet dominus vobiscum hic. nisi quando  
ad sanguinē xpī p<sup>o</sup>ficiēdū dyacon<sup>o</sup>
- Tantat** euangelium. calicem bene preparat idem  
sicut s<sup>c</sup> tenet dyacon<sup>o</sup>
- Canonicas** horas vt presbyter ipse tenebit.  
.i. multi hoies s<sup>c</sup> plebanū ad sumendū
- Si** populus multus ad te venit ad comedendam  
.i. corpus xpī s<sup>c</sup> dyacon<sup>o</sup> hoib<sup>o</sup> plebanus
- Sanctum** pascha. potest hic hoc illis dare si tu.  
.i. mādas .i. alter .i. sacerdos p<sup>o</sup>lis
- Precipis.** aut alius si desit presbyter illis

¶ Nec auctor incidentaliter docet officium dyaconorum. et p<sup>o</sup>tinuat ad partē p<sup>o</sup>cedentē. Quia p<sup>o</sup>us auctor determinauit de baptismo. Hic p<sup>o</sup>nter vult de terminare de officio dyaconorum. Et diuidit illa ps in tot pres quot auctor ponit doctrinas. pres patebūt Et p<sup>o</sup> p<sup>o</sup>ma doctrina mgr vult q<sup>o</sup> q<sup>o</sup> sacerdos est absens vel insufficiens hoib<sup>o</sup> quo ad ideoma ipsor<sup>o</sup>. tunc dyacon<sup>o</sup> ex iussu sacerdotis vel ex absentia p<sup>o</sup>byteri p<sup>o</sup> audire p<sup>o</sup>essione. et p<sup>o</sup> infirmis dare corpus christi. Et si infirmus esset in banno seu in excōicātōe tūc dyaconus nō d<sup>o</sup>z eū absoluerē a banno vel ab excōicātōe nisi sub tali p<sup>o</sup>ditōne si p<sup>o</sup>ualeret q<sup>o</sup> p<sup>o</sup>mittat eū ad sic p<sup>o</sup>iores. i. ad illos qui h<sup>o</sup>nt auctoritatē absolūēdi eū ab excōicātōe. Et rō illius est. q<sup>o</sup> ille non p<sup>o</sup> seraz aperire qui caret clauib<sup>o</sup>. sed dyaconus caret illis clauib<sup>o</sup>. q<sup>o</sup> ille clauēs sunt tradite solū p<sup>o</sup>byteris. vt elicif<sup>o</sup> ex verbis que d<sup>o</sup>ns noster dixit ad beatū Petrū. scz q<sup>o</sup> d<sup>o</sup>z q<sup>o</sup> ligauer<sup>o</sup> sup<sup>o</sup> terrā rē. Et hoc solū loquebat ad p<sup>o</sup>byteros. et nō ad dyaconos. Et illo p<sup>o</sup>z q<sup>o</sup> dyaconus nō p<sup>o</sup> ligare. et p<sup>o</sup> p<sup>o</sup>sequens etiā nō p<sup>o</sup> soluere. q<sup>o</sup> illius est soluere cuius est ligare. sed dyaconus nō p<sup>o</sup> aliq<sup>o</sup> excōicāre. ergo nō p<sup>o</sup> aliq<sup>o</sup> absoluerē ab excōicātōe. ¶ Deū mgr subdit secundā doctrinā dicens q<sup>o</sup> ipse dyaconus etiā p<sup>o</sup> baptizare pueros. et p<sup>o</sup> necessitas.



his. sed hoc nō debet facere in sacro fonte. sed in alia aqua. nisi acrior mor-  
 tificaret puero. et quā alia aqua habere nō posset tūc baptizet puerum in sa-  
 cro fonte ne puer moriat sine baptismo. Et rō illius est ista. qz sacer fons  
 baptismi est sanctificatus seu sacrificat⁹ a p̄sbytero. et ideo tact⁹ illius ad  
 solos p̄sbyteros p̄tinet. Deinde magister subdit terciā doctrinā dicēs  
 qz dyaconus in absentia sacerdotis mulieres purificādas p̄t in ecclesiā in-  
 troducere. Deinde subiūgit dicēs. qz dyaconus nō debz crismare pueros  
 Et rō illius est ista. qz manus eius nō sunt crismate vincte. qz fm statuta  
 eccle nullus p̄sumat tangere crisma nisi per mēbra p̄us crismata. Et hoc  
 p̄z qz sacerdos solū p̄ quatuor digitos p̄ncipales ab ep̄o p̄secratos p̄t tan-  
 gere sacramentū vinctōis vel crisma. Si vero cū digito nō crismato p̄sum  
 puose tāgeret crisma ille mortaliter peccaret. si vero ex negligentia vel igno-  
 rantia p̄tingeret tūc peccaret venialiter. et tū illud mēbrū cū quo tāgeret  
 diligēter esset abluendū. et tūc illa ablutio a sacerdote in ignē ardentes vel in  
 aquā fluentē dz p̄fici. Deinde vterius subiūgit aliud documentū dicēs qz  
 dyaconus nō dicat. dñs vobiscū. nisi quā legat euāgelīū. Un̄ est sciendū qz  
 dyaconus volēs legere euāgelīū dicit dñs vobiscū. p̄ hoc exhortās pplm  
 qz p̄ba euāgelica aurib⁹ attēte p̄cipiat. et corde deuoto attēdat. h̄ als nō dī-  
 cit dyacon⁹ dñs vobiscū. qz illa s̄ p̄ba ad sacerdotale dignitatē p̄tinetiā.  
 ergo illi nō p̄cedūtur nisi ad p̄ba euāgelica. Deīn subiūgit dicēs. qz dyaco-  
 nus dz p̄parare calicē et legere horas canonicas vt sacerdos. Deīn subiū-  
 git vltimū documentū dicēs. si tpe pasche est multitudo hominū cōicantis  
 um. tūc ex iussu sacerdotis dyaconus p̄t illis dare corpus dñicum

**C**irca lram notādū. qz aliq̄ textus h̄nt sic (crime nec audit eoz) et aliq̄  
 qz h̄nt sic (crime simul audit eoz) sic qz illa lra ponit affirmatiue ab aliq̄b⁹  
 et ab aliq̄b⁹ negatiue. Pro illo notādū qz p̄ p̄cordia dicēdū est sub forma  
 distinctōis sic. qz p̄fessor est duplex. qdā est sacramentalis. et qdā venialis  
 Cōfessor sacramentalis est qz h̄z clauēs eccle. et ad tales p̄sonas duo requirū-  
 runt. Pr̄mo autoritas discernēdi. et illa p̄petit solū sacerdoti. qz sol⁹ sacer-  
 dos h̄z discernere lep̄rā. i. p̄ctm̄. Secdo requir̄ p̄tās absoluēdi. ita qz habeat  
 absoluere a culpa. et hoc iterū p̄petit sacerdoti. qz hoc dñs solū p̄misit apl̄s  
 qui fuerūt actu sacerdotes et eoz successorib⁹. vt sunt sacerdotes iam actu  
 existētes. vñ dicit. Quoz remiseritis p̄ctā rē. Sed p̄fessor venialis dz esse  
 ille qz solū p̄fessionē audit veniale et nō ei penitentiā imponit. et illud p̄petit  
 ip̄s dyaconis. Un̄ sciendū qz penitētia est vnū sacramētū habens in se  
 tria. scz p̄ritōem. p̄fessionē. et satisfactōem. Vñ ad p̄positū lre est dōm. qz  
 capiēdo p̄mo mō p̄fessorē r̄tē legit lra negatiue. Sed capiēdo p̄fessorē se-  
 cūdo mō. tūc littera legitur affirmatiue

**S**ecdo notādū. sicut habet ex lra tūc dyaconus nō dz dare corpus xp̄i  
 aliq̄b⁹ nisi ex iussu et licētia sacerdotis seu plebani. Rō hui⁹ est talis. qz illi-  
 us nō est dispēlare corp⁹ xp̄i seu porrigere cui⁹ nō interest p̄secrare. h̄z dy-  
 con⁹ nō interest p̄secrare corp⁹ xp̄i. qz dyaconi etiā nō interest dispēlare cor-  
 pus xp̄i seu porrigere. Vñ notat Barth. vlt. ca. sic s̄ ltr nec ip̄e dyaco-  
 nus p̄t crismare pueros. vt habet in lra Et rō hui⁹ est. qz nulli⁹ interest crismare  
 nisi qz actu crismatus est. sed dyaconus nō est h̄mōi. qz d̄ator nō  
 est de se. S̄z m̄noz sic declarat. qz dyacon⁹ p̄mo crismat cū sit sacerdos



## Summula Raymundi

**Q**uo nota distincōem. q̄ dyaconū habere aliquā efficacā intelligitur  
duplī. vno mō virtute ppria. alio mō p̄tute aliena. mō p̄tute aliena v̄p̄u  
ta p̄tute sui superioris dyaconus p̄t disp̄sare corpus xp̄i t̄p̄e n̄c̄itatis. z c̄i  
hoc p̄t baptizare pueros z mulieres introducere. z infirmos cōicare z mor  
tuos sepelire. Sed ip̄e dyaconus p̄tute ppria h̄z in se duplices efficacā seu  
duo officia. Prīmū est. q̄ ip̄e euangelū dei p̄dicat. Sc̄dm̄ est q̄ ad missam  
p̄t ministrare. Nā dz p̄dicare p̄buz dei. p̄ter hoc q̄ istud q̄ ore p̄dicat vt  
hoc ope adimpleat. Sc̄do em̄ dz ministrare ad missāz p̄ter hoc q̄ dz esse  
minister altaris. z sic ista duo p̄p̄tū sibi p̄tute ppria. **U**n̄ dyaconus dz a  
dya. q̄ est duo. z cano nis nere. qz ip̄e duo in diuino officio misse canit. sc̄lz  
euāgelū. z ite missa est. **U**el dz a dya q̄ est duo. z conans. i. laborans. qz  
ille laborat in duobz ordinibz maioribz ministrando in ecclia dei legendo  
euāgelū z preparando calicē. **¶** **I**te nota p̄ modū dubij. verū multitudo  
ordinū sic necaria. vel sic. vtrū ordo in sancta ecclia sic necarius. **E**t videt q̄  
nō. **Q**d sic declarat. qz vbi est vnitas ibi nō detet esse disparitas. sed in ec  
clesia dei est vnitas. ideo nulla ordinis disparitas. **M**aior sic declarat. qz  
vbi multitudo ibi p̄fusio. sed qz disparitas facit multitudinē z nō vnitatē  
igit̄ z̄. **S**ed minor habet ad **E**p̄hes. iij. vbi dz. Solliciti seruate vnitatē  
sp̄s z̄. **S**icut in actibz apostolorū vbi dz. **E**t erat eis vna anima z vnū cor  
**A**d hoc dubiū r̄ndetur. q̄ ordo in sancta ecclia est necarius p̄ter p̄fusio  
nem tollendā **T**ūc ad p̄batōem maioris quādo dz. vbi est multitudo ibi  
p̄fusio. dico q̄ hoc est verū si ibi est multitudo sine ordine tūc ibi est con  
fusio. **S**ed si ibi est multitudo cū ordine tūc non est confusio. **T**ūc ad m̄  
nozem quādo dz. q̄ in ecclia dei est vnitas. **I**bi r̄ndetur q̄ vnitas est du  
plex. nā q̄dam est vnitas animaz. z quedā est vnitas officiorū. **T**ūc dz. li  
cet ibi nō sit vnitas officiorū. at̄ que officia diuersi ordines requiruntur. t̄m̄  
et erat eis vna anima z vnū cor

**¶** **I**te dubitat. vtrū vnus caracter imp̄matur in omnibz ordinibz. **E**t  
videtur q̄ sic. qz sicut est in sacramento baptismatis sic est in sacramento ordi  
nis. sed in baptismo solū imp̄matur vnus caracter. licet puer ter immerga  
tur. z ita etiā in sacramento ordinis t̄m̄ vnus imp̄matur caracter. **A**d hoc  
dubiū r̄ndetur. q̄ cuiuslibet ordinis sp̄alis caracter imp̄matur. **E**t rō est ista.  
qz nullus ordo est reiterāndus. **¶** **S**imiliter ordinis imp̄sū est caracter. **S**  
tūc ad rōnem dz. q̄ in isto casu nō op̄t q̄ ita sit de sacramento ordinis sicut  
est de sacramento baptismi. qz baptismus datur p̄ter vnū officiū t̄m̄. **¶** **I**tem  
vnus caracter imp̄m̄t̄ ibi. sed in ordinibz multa dant̄ officia. **¶** **I**tem p̄ter diuer  
sitate officiorū cuiuslibet ordinis datur sp̄alis caracter. vt accolis dyaconis  
subdyaconis z p̄sbyteris **¶** **U**ltimo dubitat. vtrū mulier p̄t recipere sacros  
ordines. **E**t videt q̄ sic. qz mulier p̄t p̄phetizare. sicut de b̄t̄a anna p̄phetis  
sa legit̄ z sybilla. **¶** **C**oncludit̄ z infert̄ q̄ mulieres p̄t sacros ordines recipere  
p̄ntia tenet a maiori. qz min⁹ est aliquē ad ordines p̄moueri q̄ p̄phetiza  
re. **¶** **A**d hoc r̄ndent doctores sacrescripture. q̄ mulier nō p̄t p̄moueri ad  
sacros ordines. z si p̄moueret ignorāter nō recipet caracterē. **E**t rō hui⁹  
est ista. qz ip̄a mulier est imago viri. q̄ vir est imago iesu xp̄i **E**t sic ip̄a mu  
lier mediāte viro assilatur xp̄o. z nō immediate. z per p̄ns nō p̄t recipere



Caratterē nec pmouere ad sacros ordines. Sed tunc ad rōnem dī q̄ ad hoc q̄ aliquis potest pphetizare nō requirit q̄ ipse sit sanctus. qz caphas pphetizauit cū dixit. Expedi vobis zc. et tamē non fuit sanctus. z ergo magis est aliquem pmoueri ad sacros ordines q̄ posse pphetare. z p̄ p̄les quens mulier non potest ordinari

**¶ De mulieribz menstruosis.**

.i. mulier s̄ mēstruū caueat vt nō ingrediatur  
Femina que patitur videat ne progrediatur

.i. in scām eccliaz fluxus mēstrui

In loca sancta. nisi dolor abscedat prius eius  
videat s̄ mulier maculet loca scā

Vel saltem caueat sibi sic ne polluat ista

s̄ mulier sui spnat. i. libidinē carnalē mēstrui

Atqz viri vitet consortia dum dolor vrget  
mulier .i. puerperū an purificatōem

Nec si post partum moritur non purificata

tal' mulier .i. ad tēplū dei .i. p̄ sacerdotē

Fertur ad ecclesiam. post hoc infertur et ista

s̄ sui .i. a pctis tal' mlt' mūdara

Corporis a maculis si custodita videtur

¶ Ista est vltima pars huius capli. in qua parte magister vult dicere de mulieribz mēstruosis. z continuat ad partē p̄cedentē sic. Postqz autor de terminauit de baptismo et eius effectibz. z ex quo ita est q̄ baptisimus contingat fieri circa pueros quos mulieres pariūt. ideo magister in fine illi capli ostendit qualiter mulieres menstruose et impgnate debeat ordinare vitā suā Et diuidit ista pars in tres pres fm q̄ ponit tres cautelas siue tria documēta de mulieribz menstruosis et impgnatis Secūda pars. ibi. (Nec si post partū) tertia ibi (Sepius hāc moneas) Duo ad p̄maz partem vult intantū. si aliq̄ mulier fuerit que patiatur pestē muliebriē. i. mēstruū. illa non debet intrare eccliam dei p̄pter reuerentiā sacramēti z p̄pter loci sanctitatem Et si casu eccliam dei intraret vel alia sancta loca visitaret tunc caueat ne eccliam dei maculet stillando. z cū magna prouidentia caueat z diligentia ne virum illo tempore cognoscat. quia als generaret pueros leprosos vel cū rufis crinibz. Tunc ibi (Nec si post partum) magister ponit secūda cautelā siue doctrinā dicens. si aliqua mulier moriatur in partu puerozum. tunc ipa mortua debet ad eccliam portari z debet introduci a sacerdote Et licet mortua est tū purificatā. i. mūdara a maculis corporis. i. ab immūditia mēstruositaris.

¶ Circa lrām est p̄mo notandū. q̄ autor dī notāter in lra. (Femina q̄ patitur) et hoc duplt̄ exponit Primo sic. femina q̄ patit̄ supple mēstruum. Secūdo mō sic. femina q̄ patit̄ supple ex dolore partus. Et vtrūqz illoz p̄c bñ stare. q̄ sic declarat. quia quīs mulier patiat̄ in partu iuxta illud dī etum creatoris. In dolore paries filios tuos zc. sic etiā bñ p̄t stare lra cū



## Summula Raymundi

dicit. Femina que patit menstruum. s. appropinquante hora partus. qz quia mulier patit menstruum prius et sicut post partum. et ideo quocumque modo patiat sive ante partum sive in partu sive post partum. tunc non debet intrare ecclesiam dolore et passione eius urgente. Huius ratio est. qz huiusmodi mulieres sunt humide. et si tunc isto tempore intraret ecclesiam dei tunc possent ipsam polluere per immunditiam menstrui. ideo debet cauere ne intret ecclesiam isto tempore. vel si intrat caueat ne polluatur domus dei. qz si sic pollueret ecclesiam seu alia loca sancta macularet tunc grande peccatum committeret.

¶ Secundo est notandum. auctor notat dicit in ista. qz huiusmodi mulieres non debent habere consortia cum viris eorum tempore passionis menstrui. Cuius ratio est ista. qz menstruum est valde immundum et quasi venenum salua reuerentia. et si tunc illo tempore vir coiret cum ea tunc ulterius posset infici cum veneno et cum malis humoribus et forte morte periret. et hoc esset sibi horribile peccatum. qz mulier hoc patiens si appeteret coitum tale studioso esset homicida. Item ex alio dicit qz viro non obesset nec aliqua periculatio corporalis accideret. cum ipse puer qz hoc modo generat lepra inficitur et erit leprosus. qz ipse vir spermatina in matrice mulieris receptum inficeret veneno. et per hunc generatur puer leprosus. Et ideo ad ista precauenda mulier non debet habere consortia cum viro suo tempore fluxus menstrui.

¶ Tertio notandum quid sit menstruum. unde menstruum sic definitur. est liquor in specie crudi sanguinis ab ipsis per locum deputatum fluens. ab ipsis humoribus indigestis generatus. Unde notandum qz iste liquor generatur ex eo qz quando mulieres ad refectionem nature sumunt nimium de cibo et potu non potentes bene digerere. quia naturaliter sunt frigide nature sicut dicunt medici. qz calidissima mulier est frigidior frigidissimo viro. et ergo cum illud quod sumunt ad refectionem nature non possunt dirigere. cum naturaliter sint frigide nature sicut dicunt medici. nec in stomacho decoquere. tunc materia que ipsis remanet residua et indigesta diffunditur per totum corpus et vertitur in crudum sanguinem. Et cum natura non abundat in superfluis nec deficit in necessariis quantum est in seipsa. tunc cogit istam materiam exire. talis autem materia cum non possit alibi exire exit per locum deputatum sibi. scilicet per vuluam. et illud dicitur menstruum. Sed ipsi viri cum sint valde calide nature. tunc per caliditatem hoc in digestionem digerunt in stomacho et consumunt et bene decoquunt. sic qz talis materia in ipsis non est residua. et ideo non vertitur in crudum sanguinem. et persequens etiam non patitur menstruum. et dicitur qz aliquod fuerit residuum in viris. tamen hoc exiret per ipsos crines et barbam. Et hec est causa originalis quare mulieres cadunt in barbam. qz mulieres illam materiam emittunt per menstruum. Viri autem per barbam et crines. ideo viri non patiuntur menstruum. licet tamen aliqui viri sunt ita pessime et frigide nature qz etiam patiuntur menstruum sicut mulieres. non tamen per membrum virile patiuntur. sed per anum sive per culum. ¶ Item sciendum qz omnes mulieres et virgines postquam ad etatem perueniunt indifferenter patiuntur menstruum. sed tamen quedam magis quedam vero minus. quia mulieres et virgines calide nature singulis mensibus patiuntur semel. nisi quando mulieres sunt impregnate. quia tunc ante horam partus continue patiuntur. et mulieres et virgines frigide nature in suo genere in singulis mensibus



## Summula Raymundi

ginta annos naturaliter patit menstruū .z his tēporib; apta est etiā qđ  
viri pfortiū. vii. **A** decemternis mulieris mēstrua cernis **A**d qnquagin;  
ta durat purgatio rāra **E**t hoc in aliqb; bñ pplexionatis. qz in oib; nō eo  
dē mō oriunt mēstrua. sed fm pū s z postērius z fm magis z minus. quia  
quāto mulier calidior est tāto min⁹ patit de mēstruo. cū caliditas illā mare  
riā plūmit **E**t quāto mulier ē frigidior tāto magis est mēstruosa. cū frigiditas  
illā materiā psumere nō potest.

<sup>s<sup>e</sup> mulierē</sup> <sup>a puero ipregnatā</sup>  
**S**epius hanc moneas vt dum se prole grauata

<sup>.i. sua pctā</sup> <sup>s<sup>e</sup> mulier</sup>

**S**enserit excessus q̄ pure confiteatur

<sup>.i. corpe xpi</sup> <sup>.i. seipam</sup> <sup>.i. añ tps pariedt</sup>

**E**t viuo pane sic se premuniat ante

<sup>.i. qñ</sup> <sup>aggrauat</sup> <sup>ad mortē vlad vitā</sup>

**D**um dolor vrget eam partus. sit et ipsa parata

<sup>.i. in tpe ptus</sup> <sup>accedat</sup> <sup>incōueniēs</sup>

**I**n pariendo quia q̄ visitat est inhonestum

<sup>sacerdos mulierē</sup> <sup>hec doctna diligēter aduertēda</sup>

**P**resbyter hanc. ideo sit cautio sufficiens hec

<sup>.i. nō ēncitas p̄suetudo</sup> <sup>mūdatur</sup>

**N**on est lex sed mos si mortua purificatur

<sup>sacerdos ecclie</sup> <sup>s<sup>e</sup> mulieri</sup> <sup>s<sup>e</sup> tūc</sup> <sup>.i. statutū ecclie</sup>

**P**resbyter introitū dat huic dum viuit et est phas

**N**ic magister ponit aliā cautelam seruādā circa mulieres impregna  
tas dices. quādo aliq̄s sacerdos curā animaz gerens suam parrochiale  
mulierē nouerit esse grauata tūc debet eam monere .i. informare vt visitet  
eccliam seu domū dei. z ibi oia peccata sua p̄fiteatur z p̄muniat se cor  
pore xpi. vt quādo tempus pariedt instat q̄ ipa sit parata ad vitā vel ad  
mortem. quia mulieres sepius in partu moriunt. z ideo debēt se preparare  
cum corpore dominico q̄ tunc sacerdos nō indigeat visitare eas. cū hoc in  
honestum videretur

**C**irca litterā est notandum. q̄ mulieres maxime leduntur in partu et  
cū magnis dolorib; pariūt p̄ exitum infantum. qz ibi fetus exit p̄ locū val  
de artum z strictum. ita q̄ maxime h̄mōi mulieres ledunt **U**nde dixit do  
minus ad euā z ad mulieres sequētes **I**n dolore paries filios tuos. z in su  
dore manū tuaz pane tuo vesceris **E**t ideo oēs mulieres indifferēter pa  
riunt in partu. sed tamen quedā magis z quedā minus. sed quō hoc sit lu  
cidius p̄z in secretis mulier.

**S**ecūdo notandū. q̄ mulieres h̄mōi debēt purificari vt s̄a pretendit  
**E**t rō est. qz sunt valde immūde tpe partus. p̄pter exitū secūdine. vii secū  
dina est illa cutis vel pellicula in q̄ voluit fetus vel in q̄ facit puer in vte  
ro matris. z si mulieres tūc in partu liberant a tali pellicula tunc signū est  
sanitatis eaz **E**t ideo quando infantes nascūtur in secūdina tunc dicunt



patiuntur. vel quibus plus patiuntur. quia tale menstruum congregat ex nimia humi-  
 morum indigestione superfluitate. Et sic tunc iste mulieres sive virginis que ha-  
 bent multum de humore humoribus bis vel pluries patiuntur in uno mense. quod  
 minus habet de humore humoribus ille in uno mense semel patiuntur. unde dicunt  
 medici et ipse Albertus magnus. quod menstruum est ita immundum et venenosum  
 quod si fundaretur super arbores virescentes tunc tales non crescerent nec fructum pro-  
 ducerent. sic quod illud lignum infructuosum et sterile fieret. Ideo dicit philosophus in  
 de somno et vigilia. quod si tale menstruum fundaretur super speculum novum tunc specu-  
 lum novum macularetur ex menstruo. et sicut si mulier menstruoosa inspiceret specu-  
 lum novum. tunc faciliter non separaret a speculo macula. et si speculum sit vetus  
 tunc faciliter separaret. Sicut patet quod mulieres menstruoosae hominem inspiciunt  
 et inficiuntur visum ad mortem sicut basiliscus. quia tunc tales mulieres videntes im-  
 plere sunt cum malis humoribus. et sic tunc menstruoosi humores videntes exiunt  
 et tunc humores etiam petunt exitum per oculos. et ita tunc ipse homo per visum  
 suum ipsius mulieris inficitur ad mortem. Et etiam aer inficitur per mulie-  
 rem qui aer tunc defertur ad hominem in quantum ita forte quod talis aer corruptus ipse  
 sum hominem inficit ad mortem. Et ideo tales mulieres caveant tempore menstrui  
 ne accedant ad pueros lactantes in cunis ne inficiant eos. quia tales sunt fragilis-  
 sis nature. ergo valde faciliter ad mortem inficerent. Et ideo dicit nobilis  
 Avicenna. quod talis mulier magis inficitur cum visu quam cum tactu. et Avicenna dat  
 rationem de super. quia oculi sunt magis porosi. et ideo propter porositate oculorum ta-  
 lis materia citius transit per oculos quam per alia membra. Item dubitatur. utrum mu-  
 lier tempore illius infirmitatis potest reddere debitum carnis vel exigere. Et videtur  
 quod non. ut habetur in leuitico ubi dicitur. Mulieres menstruosas ne accesseris. Et dicitur  
 glossa ibidem. quod illo tempore mulier nec debet reddere nec exigere debitum car-  
 nis. Sed in oppositum arguitur sic. leprose mulieri est reddendum debitum car-  
 nis. ergo mulieri menstruoosae Consequenter tenet. quia lepra est infirmitas gra-  
 vior quam passio menstruorum. Sed alius patet extra de coniugio leproso libro quar-  
 to. nam illa infirmitas non dirimit matrimonium ut patet infra. Ad du-  
 bium responderetur per distinctionem. quod in illo actu sunt duo. unum est voluntarium. scilicet  
 exigere debitum carnis. et aliud est necessarium. scilicet reddere debitum carnis. Hodo-  
 dicitur. quod illud quod est necessarium hoc est faciendum. sed illud quod est voluntarium est omi-  
 tendum. Causa prima est ista. quia mulier non est sua sed viri. sic etiam vir non est su-  
 us sed mulieris. Alij vero dicunt quod mulierem pati illam infirmitatem intelligi-  
 tur dupliciter. Uno modo naturaliter. videlicet semel in mense propter defectum ca-  
 loris naturalis. et isto tempore vir non debet accedere mulieri. Alio modo intelligi-  
 tur quod patitur illam infirmitatem propter naturam sic quod quibus diu laborat in illa infir-  
 mitate. et tunc in isto tempore vir potest accedere mulieri. Item nota quod si vir vel mu-  
 lier petat debitum carnis tempore festivitatis. vel in loco sacro vel tempore ieiunii. vel  
 tempore menstrui. tunc peccat mortaliter. sed alijs diebus extra illud tempus licite  
 potest petere debitum carnis sine magno peccato. Et dicitur notandum (sine magno pec-  
 cato) quod nunquam vel raro fit sine peccato. unde Festa sacerdotum locus ieiunia menstrua  
 pariter. Si petas coitum mortaliter peccas in illis. Ex isto sequitur quod certis temporibus  
 vir et mulier licite possunt reddere debitum carnis. sed his dicitur non potest licite exigere.  
 Ultimo notandum. quod quicumque mulier apta est ad fluxum menstrui tunc apta  
 est ad viri consortium. unde mulier vel puella a tredecimo anno usque ad quinquagesimum



rustici q̄ talis infans cū felicitate z cū om̄i p̄speritate circūdat. Et vlc̄erius  
us dicit q̄ talis secūdina est applicata vmbilico pueri cū vna parte z p̄ ob  
stetrices secrete diuidit a puero z p̄ eadē remittit ad locū p̄suetū. z dicit  
vlc̄erius q̄ tales mulieres p̄ partū h̄nt immūdicā sibi attractā. z q̄ ab eccl̄  
lesia z ab introitu eccl̄ie p̄ tēpus ab eccl̄ia deputatū sequestrare s̄t. Tan  
dem vero finito tpe deputato veniētes ad eccl̄iam p̄ benedicte a q̄ aspersi  
onē purificātur ab immūdicā corp̄is attracta p̄ ptū z secūdinā. z p̄ sacer̄  
dote introducūt ad designādū vnitatē illaz cū eccl̄ia.

**T**ercio notādū q̄ mulier d̄ p̄muniri cū p̄fessione z cōicātōne d̄nica  
vt l̄ra p̄tendit. z hoc est p̄terea q̄ ip̄a mulier tpe ptus est in articulo mor̄  
tis p̄stituta. q̄ nullū aial̄ infantū patit̄ in ptu sicut mulier. Et rō est ista.  
q̄ q̄to plus sensus delicat̄ est de tāto plus patit̄. z q̄ passio x̄pi maxima  
fuit. z hoc ideo q̄ eius p̄plexio fuit nobilissima. Et q̄ cū h̄o inter oia aial̄  
lia sit aial̄ nobilissimū. q̄ mulier plus patit̄ in ptu q̄ aliq̄d aliud aial̄. q̄ ip̄a  
patit̄ int̄tū q̄ ip̄a timet periculū mortis se inire. q̄ sequitur de p̄mo ad vltimū  
mū q̄ ip̄a mulier d̄ p̄muniri cū p̄fessione z cōicātōne. **Q**uo q̄ est sciendū  
q̄ pena siue passio est duplex. Nā quedā est pena cōis. z q̄dā est p̄cularis.  
Cōis est viri z mulieris simul. z ista est pena necis. vñ in Genesi. d̄ns dixit  
ad eū z adā. In quacūq̄ hora comederitis zē. morte moriemini. Alia ē  
pena siue passio p̄cularis. z est t̄m mulieris. vt habet̄ in Geni. nā ip̄a mu  
lier p̄mo consensit d̄yabolo in paradiso in mor̄su pomi z tradidit viro. vñ  
d̄ns dixit. In dolore paries. z sic oēs mulieres patiūt̄ in partu. Igit̄ coll̄  
git̄ de p̄mo ad vltimū q̄ mulieres debēt esse p̄munite cū sacramēto eccl̄ie  
Et iā ideo mulieres debēt esse p̄parate cū sacramēto p̄pter remouere in ho  
nestatē. q̄ maxime inhonestū esset si sacerdos illis t̄p̄ibz mulieres visitaret  
etiā hoc maxime fieri d̄ p̄pter reuerentiā sacramēti. q̄ in tpe ptus mulie  
res maxime s̄t immūde. iō an̄ t̄ps ptus debēt p̄munire se cū corpe x̄pi

**U**ltimo notādū. q̄ infans iacēs siue inclusus in secūdina. sicut med̄  
ei dicit̄. tūc in tali caput ei est sursum h̄ns cubitos suos sup̄ genua z quā  
libet manū ad vnū oculū z mēbra subtiliter p̄glutinata. z q̄ t̄ps pariendū  
affuerit. si debita generatio fit tūc secūdina trāsfert̄ sic q̄ p̄mo nascit̄ caput  
et si tūc aliter fieret generatio nō fieret debita. z mulieri est valde periculo  
sum si forsitan mortē posset euadere. Et ideo q̄dā mulieres grauius labo  
rant q̄ alie. p̄pter diuersum modū secūdine. i. diuersum modum embriōnis  
Et ideo ne forte mulier ex periculo mortē pueniret tūc littera p̄mo suadet  
sibi p̄muniri cū sacramētis eccl̄ie. Alij aut̄ sic dicit̄ q̄ infans inclusus in se  
cūdina iacet in matrice sub pectore pendens sursum cū capite ad unū ve  
ro cū pedibz z nō extensus. imo mēbra p̄stric̄ta sunt. ob hoc ne mulier leda  
tur nimū z tpe ptus nō simul z semel exit. sed q̄dā mēbra p̄ p̄sus. z q̄dam  
p̄ posterius. z ideo si debito mō fit generatio tūc talis ptus trāsfert̄. ita q̄  
suprema pars tendit ad unū. z inferior ps tendit sursum. ita q̄ p̄mo na  
scitur caput. postea alia mēbra Et si hoc mō infans p̄ducitur ad esse tunc  
mulieres nō multū patiūt̄. q̄ iste est debitus modus paried̄. vt dicit̄  
physici. Et si aliter fit generatio ita q̄ p̄mo nascit̄ manus vel aliud mēbrū  
ita q̄ nō p̄mo nascit̄ caput. tūc ibi est indebitus modus pariendū. Et q̄ sic  
fit tūc mulieres grande z maxime patiūt̄ in partu. z q̄nq̄ dubium est



## Summula Raymūdi.

utrum ipse cum infantibus potest euadere mortem. Partu vero facto matris que erit per  
vulua in locum eius reuertit per astucia obstetricum. Et ideo sequitur illud quod supra  
pretendit. videlicet quod ante partum mulieres in partu debent se premunire cum sa-  
cramentis ecclesie. ut gratia diuine maiestatis eis in suis laboribus et doloribus sub-  
ueniat. quod valde inhonestum est quod sacerdos deteret eas visitare in partu cum  
sacramentis ecclesie. quod si hoc fieret tunc quodammodo fieret irreuerentia sacra-  
mento. quod non debet fieri. Isto tamen non obstante si contingit casualiter tunc ipse sa-  
cerdos licite potest eas visitare. ne absque confessione periret et coactioe decede-  
rent. Sed tamen cautiore est quod sacerdotes moneant has mulieres quod se ante partum  
preparent cum sacra premonitione propter causas assignatas. et hoc est de intentio-  
ne littere. Et hec dicta de primo libro sufficienter.

**Liber secundus huius totius tractans de matrimonio et de  
casibus que sequestrant matrimonium.**

**H**oc declarabo que sunt sponsalia scripto  
.i. in hoc libro s<sup>e</sup> in iure confirmata  
s<sup>e</sup> datus .i. pecunia s<sup>e</sup> facta  
Anulus autem arra data vel promissio simplex  
s<sup>e</sup> factum cum promissione .i. matrimonium

**Aut iuramentum faciunt sponsalia carnis**

quatuor enumerata s<sup>e</sup> matrimonij

**Hec preeunt copulam**

**I**ste est liber secundus huius summe. in quo autor vult determinare de ma-  
trimonio et de eius effectibus. et peruenit ad precedentem litteram sic. Postquam mag-  
ister determinauit de quibusdam sacramentis. videlicet de sacra eucharistia. et de  
extrema unctione. baptismo. et de confirmatione. Hic in presenti secundo libro vult deter-  
minare de matrimonio et de eius effectibus. Et diuidit in duas partes. In pri-  
ma determinat de matrimonio. In secunda incidentaliter ponit quedam notabilia  
de sacris ordinibus. Secunda ibi (Omne pertrahere etc.) Prima pars adhuc di-  
uidit in duo. primo determinat de matrimonio. secundo ponit persuasiones circa  
matrimonium vitales. Secunda ibi (Si gregis alterius) Primum punctum adhuc  
in duo. Primo facit quod dictum est. Secundo ponit quedam incidentia matrimo-  
nij impedientia. ibi (Reddere si coitu) Partes patebunt in processu littere  
Quarta ad primam partem de sic. quod sponsalia fieri habent quatuor modis. Pri-  
mo per anuli dationem. Secundo per dona et clemencia sine per pecuniam. ut per aurum  
vel argentum vel per villas aut homines. Tercio sponsalia habent fieri per simpli-  
cem promissionem. Quarto per iuramentum. ut quando aliquis iurat quod aliquam vellet  
ducere in uxorem. et ista e converso iurat quod velit ipsum ducere in virum. Et  
hec sponsalia debent precedere matrimonium.

**N**otandum circa litteram secundam Johem andree in summa sua. sponsalia sic debent  
scribuntur. Sponsalia sunt promissiones futurarum nuptiarum ad ipsa perficienda.  
ut dicendo. ego ducam te in uxorem. Et dicuntur sponsalia a verbo spondeo des.  
quod idem est quod promitto. quod ibi vir et mulier promittunt sibi inuicem fidem.

**P**ro quo sciendum quod sponsalia secundum textum sunt quatuor modis. Primo sponsalia  
habent celebrari per anuli dationem. ut quando sponsus tradit sponse anulum. Secundo